



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

II. De quibusnam beneficiis, quibusve fructibus solvatur Decima Papalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

le potius sit, ut etiam infra dicemus, neque denuncia-
tio illa, de qua Num. 18. est actus aliquis post imposi-
tionem, imo fuit ipsamet impositio ex Dei mandato.
Neque urget illud simile de denunciatione, quæ fit
debitoribus, ut solvant, cum ea fiat auctore iudice,
summus autem Pontifex cum sit Christi vicarius, su-
premus ¶ etiam iudex, & ordinarius est, c. *iuncta* 9. q. 3.
14 & cap. *licet*, de elect. cum simil. quare supervacanea erit
ulterior denunciatio.

15 QUARTA CONCLUSIO. Si concurrat ¶ Episco-
pus in exactione charitativi subsidii, & Papa in exa-
ctione generalis subsidii, & uterq; exigat ex justa cau-
sa, utriq; præstandum erit, ut post Ant. Butr. & Doct. in
c. cum nuper, de cens. tradit Bellenz. in d. tract. de chari-
tat. subsid. q. 63. num. 1. quem etiam sequitur Remig. de
Gonn. in simil. tractat. q. 54. num. 1. quod si utrique præ-
16 stari non possit, ¶ præstabitur Papæ, ut ibid. probant
Bellenz. & Remig. n. 23. & 4.

QUÆRO SECUNDO, De quibus beneficiis, eorum-
ve fructibus solvatur hæc decima Papalis?

17 PRIMA CONCLUSIO. Decima hæc ¶ solvitur de
beneficiis; patet ex tex. d. clem. si primis verbis, si bene-
ficioꝝ decima, &c. & admittunt, tum ibi, tum alibi
passim Doct. male igitur Rebuf. d. q. 3. n. 4. vers. quarto,
quod hæc decima imponatur, tradit, has decimas solum
imponi super decimis beneficii, auctoritate allata, Nū.
18. ibi, decimam partem decima. Ex quo concludit, hæc
decimam non posse imponi ei, qui decimas non habe-
18 ret, quia privatio ¶ præsupponit habitum, cap. ad dis-
solvendum, de despons. impub. cum simil. male inquam
& absque solido fundamento id tradit Rebuf. vel ob
eam unicam rationem, quod licet hæc impositio deci-
mæ Papalis ad similitudinem fortasse illius decimæ,
quam in veteri lege solvebant Levitæ summo sacerdoti,
introducenda sit, ut supra admonuimus; tamen illud
præceptum, sicut & ceterarum decimarum, cum ju-
dicialia potius sit, aut ceremoniale, quam morale, ne-
quaquam adstringit Christianos in Evangelica lege, ut
fufe

fufe o
aliis d
mur;
plicat
cip.

SE
mnibu
Papale
post ali
subsid.
solven
per, de
gloss. r
benefi
ordina
praben
cundo
rum er
quaren
in ¶ ca
late Be
iam ci
de om
vag u
alii cle
suis ¶
ut in e
vero a
tur, d
dicam.
cipiun
ter, d. c
ca, de a
ticular
Pontif
ligi vi
Pontif
extray

fuse ostendimus *superius hoc eod. tract. c. 1. q. 2.* cum de aliis decimis, quæ sacerdotibus solvuntur, loqueremur; quod etiam præter alios ibi allatos optime explicat Ang. de Chaval. *in sum. ver. decima, circa princip.*

SECUNDA CONCLUSIO. Regulariter † de omnibus beneficiis, ecclesiasticisq; redditibus decimæ Papales solvuntur, ut satis patet ex *d. extrav. & tradit post alios Card. d. clem. fin. in princ. Bellenz. de charitat. subsid. q. 73. & seqq.* Unde inferitur primo, de Capellis † solvendam esse decimam, ut patet ex *Compof. in c. nuper, de decim. Rebuf. d. q. 3. num. 6. & singulariter voluit gloss. 1. d. clem. fin. in fi.* constat enim, inquit, illas esse beneficia ecclesiastica; ex quo sic sunt per Episcopum ordinata, *c. quasitū, & c. pen. 1. q. 3. & c. significatum, de præben.* quam gloss. Doctor. ibi sequuntur. Inferitur secundo, idem † dicendum esse de canonicatibus. Clarum enim est, eos esse beneficia † ecclesiastica, *c. conquirente, & c. pen. de cler. non resid. cum aliis tex.* Idem in † cathedralibus, metropolitanis, & Patriarchalibus, late *Bellen. d. q. 73.* Tertio, quod si quis in pluribus etiam civitatibus, & diœcesibus plura habet beneficia, de omnibus † decimam solvet, ut habetur in *d. extravag un. versic quod si in diversis.* Imo etiam Prælati, & alii clerici exules, cujuscunque dignitatis existant, de suis † proventibus ecclesiasticis decimas persolvent, ut in *ead. extrav. disponitur vers. Prælati autem.* Quod vero attinet ad redditus & proventus, multa inferuntur, de quibus hac ipsa conclusione & sequentibus latius dicam. Aliqua tamen beneficia, & aliqui redditus excipiuntur, de quibus ut plurimum per Doctor. communiter, *d. clem. fi. Bellen. loco cit. & text. in cit. extrav. unica, de decim in commun.* Quæ extravagans † licet particularis constitutio esse videatur de decimis, per eum Pontificem Bonifacium tunc impositis, ut etiam colligi videretur ex ejus princ. atque adeo expirasse ejus Pontificis morte, sicut de *extrav. ex debito, de elect. & extrav. ad regimen, de præben. in commun.* tradiderunt

Doct. quos recensuimus, & secuti sumus in nostro tra-
ctatu de option. cap. 3. num. 4. tamen, cum in hac ex-
 trav. un. *de decim.* non adsint verba sufficientia, ex qui-
 bus appareat, velle illam expirare morte sua, prout in
 illa extrav. *ad regimen*, dicitur, *donec miserationis di-*
vina clementia nos universalis ecclesie regimini pra-
sidere concesserit, &c. & in extrav. *ex debito*, habetur,
donec Christi dignatio non dignabitur universalis ec-
clesie sponsa sua regimini praesidere, &c. cumque haec
 extravagans sit certa & nota, nec vagetur, sed sit inserta

- 28 in corpore juris, vim † habet legis, ita, ut sententia cō-
 tra eam lata sit nulla, per ea, qua tradunt Doct. in c. *pa-*
storalis, de fid. instr. & in l. prolatis, ff. de re judic. & late
in his terminis Franc. Pavin. in pralud. ad extrav. lo. 21.
 & Hieron. Clar. in pralud. ad extrav. commun. eique
 tamquam legi generali standum erit. Neque obert,
 quod de particulari illa decima loqui videatur, cum
 Papa respondendo, & definiendo super particulari ca-
 29 su † canonem condar, c. *ex multa, in princip. de vot. &*
vot. redemt. ubi Doct. gloss fin. c. consultationi, de temp.
ord. Abb. c. si. colum. 3. de jur. cal. cum aliis quos refert, &
sequitur Felin. c. 1. num. 77. de constit. Ex quibus sequi-
 tur, quod cum quæstio aliqua, aut dubitatio circum-
 30 positionem decimarum oriri contingat, † ad hanc ex-
 trav. recurrendum sit, prout etiam recurrendum mo-
 net Rebuf. d. q. 3. num. 6. & quotquot Doct. aliquid de
 hisce decimis scripserunt, eam passim pro decisione al-
 legant. Excipiunt ergo (ut unde discessimus reverta-
 mur) nonnulla beneficia, certique redditus ab hujus-
 modi solutione decimarum, nisi de iis expressa men-
 tio fiat, cum decima imponitur; quorum aliquot hic
 & seqq. conclusionibus lubet recensere,

- 31 Primo quidem excipiuntur redditus, & proventus †
 leprofarum domorum Dei, & hospitalium paupe-
 rum, qui in usus leproforum, infirmorum & pauperum
 convertuntur; de iis enim decima non solvetur, ut dis-
 ponitur in d. extrav. un. *vers. de redditibus*, & not. Re-
 buf. d. q. 3. num. 4. Felin. c. *de quarta, n. 18. de prescript.*
 gloss.

gloss. &
 cit quo
 dem In
 redditu
 infirmo
 horum
 majoris
 tus dep
 per, de
 bans Be
 tio vere
 subfunt,
 nomine
 cur, que
 laniis g
 super pu
 renodo
 libus, r
 tur exp
 ras, qua
 † in ben
 tione se
 superio
 Gore lo
 dem. qu
 Secus v
 rium or
 benefici
 ramiss
 de quib
 illorum
 ditus pe
 lorum, t
 tamen a
 & largi
 omnia
 omnia e
 traditis
 gloss.

gloss. & ceteri. *d. clem. fin.* ubi Card. q. 3. singulariter di-
 cit quod, quamvis Lap. (quem deinde secutus est ibi-
 dem Imol.) asserat se consuluisse † deberi decimam ex
 redditibus, qui supersunt ultra hos usus pauperum &
 infirmorum, tamen debent potius expendi in usus a-
 liorum pauperum, vel conservari ad supervenientiam
 majoris numeri pauperum, ex quo sic fuerant reddi-
 tus deputati, *c. quia contingit, de relig. dom. & c. si pro-
 pter, de rescript. in 6.* Card. sequitur id ipsum late pro-
 bans Bellenz. *d. tract. de subsid. charit. q. 68. num. 3.* Ra-
 tio vero, cur huiusmodi redditus decimæ Papali non
 subsint, ea etiam esse potest, quoniam † hospitalia illa
 nomine beneficiorum proprie non comprehendun-
 tur; quo argumento utitur à contrario sensu in Capel-
 laniis gloss. *l. in fin. d. clem. fin. de decim.* unde per literas
 super provisione quorumlibet clericorum directas, de
 xenodochiis, leprosariis, eleemosynariis, seu hospita-
 libus, nulli potest provideri, nisi hoc in literis cavea-
 tur expresse, *ut disponit ad literam tex. in clem. per lite-
 ras, quæ est 2. de prebend. & dig.* Imo, neque hospitalia
 † in beneficium conceduntur, nisi in illorum funda-
 tione secus constitutum fuerit, seu per electionem (per
 superiorem confirmandam, *ut exponit gloss.*) sit de Re-
 ctore loci huiusmodi providendum, *ut cavetur in
 clem. quia contingit, quæ est fin. §. ut autem, de relig. dom.*
 Secus vero dicendum erit † de hospitalibus milita-
 rium ordinum; aut aliorum religiosorum; nam & ea in
 beneficium conferri possunt, *d. clem. quia contingit, §.
 premissa vero,* neque sub nomine eorum hospitalium,
 de quibus in extravag. apte continentur, cum ad usus
 illorum infirmorum, & pauperum omnes eorum red-
 ditus per se non sint destinati; sed potius ad militum il-
 lorum, seu religiosorum sustentationem, cum onere
 tamen aliquo vel hospitalitatis, vel certæ eleemosynæ,
 & largitionis, quare † ex iis redditibus, qui ultra hæc
 omnia supererunt, solvenda erit de iis decima, *quæ
 omnia etiam colliguntur, & optime confirmantur ex late
 traditis per Bellenz. de charit. subsid. q. 38. & 68.*

37 *Secundo* excipiuntur moniales, aliæque † regulares personæ, quarum redditus, & proventus ecclesiastici adeo sunt tenues, quod de illis sustentari non possint, sed pro habendo vitæ suæ sustentationem necesse habent publice mendicare, ac eleemosynas publice petere; ita habetur ad verbum *in d. extrav. un. vers. moniales*, & not. gloss. 1. d. *clem. fin.* & post alios fusc Bellez. *d. tract. q. 30. & 77.* & Remig. de Gonn. *in simil. tract. de charit. subsid. q. 37. nu. 14.* ubi etiam cum sequentibus

38 idem probat † in aliis tenuibus beneficiis ceterorum clericorum post Gem. *cons. 85. vers. ex quibus concluditur*, & alios; quod etiam patet ex seqq.

Tertio, seculares clerici, quorum ecclesiastici redditus, & proventus annui summam septem florenorum

39 auri non excedunt, eam † decimam non præstabunt, ut cavetur *in d. extrav. vers. seculares quoque clerici*, & adnotavit Gig. *in tract. de pension. q. 59. nu. 7.* ubi etiam exponit florenos auri pro ducatis, & optime; & ita intelligit, & observat Romana curia, quod idem de Capellis, quæ non excedunt viginti libras, quod nimium de iis decima non solvatur, tradit Rebuf. *d. q. 3. nu.*

40 6. post Collect. *in c. nuper, de decim.* Si tamen † una persona plura habet beneficia, quorum nullum per se accipit, & præsumptum dictam summam septem florenorum auri non attingat, simul tamen collecta eam excedant, de omnibus illis, & singulis decima persolveretur, sed non

41 solvetur † de pitantiis monachorum: *ita declaratur*

42 *in d. extrav. versic. si vero*, eas autem pitantias † expensere possumus, vel pro stipendiis, quæ dantur monachis, ut inserviant ecclesiæ, vel etiam pro portionibus, quæ illis dantur, aut debentur ad eorum victum, & congruam sustentationem, *ut patet ex traditu per Anast. Germon, de sacror. immunit. lib. 3. cap. 17. nu. 17. & tract. de indulg. Apost. §. per qua sublatis, nu. 10. nec non ex adductis per Henriq. in sum. Theol. mor. lib. 9. qui est de vero missæ sacrificio c. 22. tom. 1.*

Quarto de his, quæ à Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis, ut ex his perpetui emanant redditus, decima

non ꝑ solvitur, *ut habetur in d. extrav. un. versic. simili-* 43
ter de his, de aliis tamen legatis, quæ Prælati, & aliis
 personis ecclesiasticis, non personarum, sed ecclesia-
 rum vel officiorum ratione relicta decima ꝑ persolvatur, 44
ut dicitur in ead. extrav. vers. de legatis quoq. De elec-
 mosynis autem, & aliis oblationibus dicam *inferius*
vers. 8. de elemosynis.

Quinto, De xenii, Prælati & aliis personis ecclesia-
 sticis liberaliter factis, nõ solvetur ꝑ decima, *prout sub-* 45
ditur in ead. extrav. vers. item de xenii. Sunt autem Xe-
 nia ꝑ proprie munuscula, quæ hospitibus dantur; *xiros* 46
 enim græce hospes est; unde xenodochium, hospitale,
 & similia; sed & sumitur etiam xenium pro quolibet
 munere ac dono, *l. solent. ff. de off. procons.* Plura de his
 videri possunt apud Ant. Nebriss. *in vocabul. utr. jur.*
 & eundem, ac Hier. Verrut. & alios *in Lexico juris,*
verb. xenium.

Sexto, Ex d. extrav. versic. *declaramus*, etiam habe-
 re, quod de sylvis ꝑ quoque seu nemoribus, quæ non 47
 consueverunt vendi, nil solvitur, nisi forte aliquid de
 illis venditum fuerit durante decima, & tunc æstima-
 tur, quantum valere debent annui redditus partis
 venditæ secundum assisiam (hoc est ꝑ secundum ju- 48
 ramentum pretium à Principe statutum, *per ea, quæ late tra-*
ctat Remig. de Gonn. tract. de charit. subsid. q. 60. nu. 1. &
seu, ut paulo post in ead. extrav. unic. dicitur, firmam
 annuam, *arg. eorum, quæ tradit gloss. in c. penult. verbo,*
assisios, de cler. non resid. hoc est, conventionem de cer-
 ta summa pecuniæ, seu fructuum pensionis nomine)
 secundum assisiam, inquam, quæ consuevit fieri de ne-
 moribus, in partibus illis, in quibus nemo situarum
 fuerit, & de sola æstimatione decima persolvetur, &
 non de eo, quod perciperetur de iis sylvis, seu nemori-
 bus, quæ vendi non consueverunt, nisi forte vendan-
 tur durante decima, intellige autem de venditione, nõ
 quoad proprietatem; sed quoad proventum, unde ibi
 subditur, quia tunc solvetur ex venditione pa-
 radii seu herbaggi, aut alterius consimilis proventus

eorundem nemorum & sylvarum, & si non vendantur huiusmodi pascuagia & similia, non solvetur decima de his; ita tamen quod in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. De sylvis vero cædvis idem fiet, quod de stagnis mox dicetur, *ut dicitur in ead. extrav. vers. de piscariis.*

49 Septimo, De piscibus † stagnorum, vel belluis garinarum, quos pro usu, vel esu suo cõsumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non solvetur, *ut habetur d. extrav. vers. de piscibus stagnorum.* De stagnis vero, & piscariis (domesticis nimirum, ac privatis, quæ venduntur quoad proventum dumtaxat) decima sic † solvetur; videlicet, quod fiat relatio de numero annorum quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt ad quantitatem pretii ex ipsa venditione ultimarum recepti, ut pretio diviso in partes secundum annorum terminum, durante decima solvatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quot fuerant anni prædicti; ut si forte quinque anni erant elapsi, ex quo non fuerat stagnum venditum, & tunc venditum fuit pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima solvatur decima ipsa de tribus partibus pretii tantum videlicet 60. florenis (unde sex tantum florenis tribus illis annis solventur) & multiplicabuntur & minuentur partes pretii, prout plures & pauciores fuerunt dicti anni. De piscariis autem fluminum, & lacuum & venationibus, si vendantur idem, quod de stagnis, fiet. *Hac omnia caventur in ead. extravag. de stagnis.*

51 Octavo, De elemosynis, † seu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, quæ in civitatibus, & aliquibus castris, & locis dictarum provinciarum in certis festivitibus in candelis, & aliis consueverunt dari, & offerri ad opus fabricæ deputatis decima non solvetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui *confortiales* dicuntur (vulgo autem *confratres* vocamus, inter

interdu
tur, & q
& calico
bus sub
functor
vers. de
tionib⁹,
benedic
nũ, sive p
dis, que
in ead. e
medium
nem illi
demum
buscunc
ordinari
ea qua lo
T E R
qui urge
dendo p
curæ pro
tionem p
duos, v
(vel, ut e
constitu
solution
ipforum
vers. Re
clericali
sidentia
eodem p
tando ip
suorum
tionem, se
ventibu
travag.
autem †
16. q. 7. c
inter

interdum per clericos, quæ ad opus consortii reducuntur, & quæ offeruntur, ut luminaria in ecclesia, cruces & calices fiant, & reparentur, & etiam ex illis pauperibus subveniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum; *Ita disponitur in sapius memorata extrav. vers. de elemosynis vero.* Solvetur tamen de aliis oblationibus, quæ fiunt clericis, & Rectoribus, siue fiant pro benedictione nubentium, siue pro exequiis mortuorum, siue pro dandis pœnitentiis; nec non etiam de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur, *ut habemus in ead. extravag. vers. Solvetur autem, qui est paulo post medium. & vers. in super de oblationibus, qui est prope finem illius constitutionis;* quod tamen intelligerem tunc demum procedere, cum decima imponitur super quibuscunq; proventibus, redditibus & obventionibus tam ordinariis quam extraordinariis, prout fieri solet *per ea quæ latius afferam in f. hac ead. quæ. concl. ult.*

TERTIA CONCLUSIO. Rector ¶ parochialis, 52
 qui urgente necessitate ecclesiæ, puta, quia ipse residendo personaliter in eadem, per se non sufficeret ipsi curæ propter multitudinem parochianorum, vel divisionem parochiæ suæ, sed necesse habet unum, vel duos, vel plures capellanos conducere, & eis propter (vel, ut ego potius legerem, præter) victum, salarium constituere; salarium huiusmodi poterit in decimæ solutione deducere; sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet; *sic cavetur in d. extrav. vers. Rector parochialis.* Similiter quævis ¶ persona ec- 53
 clesiastica, quæ in ecclesia sua, vel beneficio, quod residentiam personalem requirit, non residet, sed facit in eodem per firmarium, vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario vel firmario certam proventuum suorum portionem, nõ de vicariatus, seu firmarii portione, sed de universis ipsius ecclesiæ, vel beneficii proventibus decimam exhibebit; *ita disponitur in ead. extravag. vers. sed ecclesiastica persona.* De huiusmodi autem ¶ vicariis, & coadjutoribus habetur *c. in nova, 54
 16. q. 7. cap. si. 93. dist. & c. 1. 94. dist. & tot tit. ubi Doct. de*

off. vicar. & de cler. agrot. vel debilit. cum simil. Io. Silu. & alii in suis tract. de benef.

QUARTA CONCLUSIO. Quoniam nonnulli
 obtinent à monasteriis, & ecclesiis prioratus, pensio-
 nes, census, redditus, domos, grangias, (hoc est, † villu-
 las, ut colligitur ex *extrav. cum nonnulla, la. 1. de pre-
 ben. in commun. nec non ex tex. & ibi gloss. marg. in c. fin.
 55 de cens.*) in solvenda de his decima † distinguendum
 56 est cum Bonif. VIII. d. *extrav. vers. & quia nonnulli*,
 an talia in beneficium habeantur ex contractu, an me-
 ra gratia. Si enim talia in beneficium habeantur, sive
 hoc sit concessum per sedem Apostolicam, sive per i-
 psorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de
 illorum proventibus solveretur decima. Cum autem ob-
 tinentur talia ex contractu, puta ad pensionem, vel fir-
 mam annuam, in qua non est facta gratia obrinenti,
 sed in hoc uterque contrahentium studuit conditio-
 nem suam facere meliorem, perceptores pensionis, vel
 firmæ de ipsa pensione, vel firma decimam exhibe-
 bunt; si autem quis ante, vel post hujus decimæ con-
 cessionem, ad vitam propriam emit proventus prio-
 ratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecu-
 nia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta,
 considerabitur quantum æstimatione communi va-
 leant annui proventus prioratus, grangiæ, domus, ter-
 rarum, seu reddituum hujusmodi, & secundum hoc
 ab illis, quorum est horum proprietas, qui inde pre-
 tium pro futuro tempore receperint, per tres annos de-
 cima exhibebitur; si autem in his gratia facta sit obti-
 nentibus, quia scienter pro minori pretio, quam va-
 leant, sunt talia vendita vel locata, ipsi obrinentes, &
 non monasterium, vel ecclesiæ de illo, in quo gratia
 facta est ipsis, & de reliquo illi, quorum est proprie-
 tas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus
 pro justa mercede, seu remuneratione laboris, vel ob-
 sequii præstiri, vel præstandi talia sunt concessa, hi,
 quorum est illorum proprietas in decimatione pro-
 ventuum suorum, etiam horum proventus merito nu-
 mera-

merabu
 utilitat
 si hæc p
 lata (q
 quæ pra
 peniæ,
 grangia
 tia con
 tur. Ex
 sonarum
 grangia
 nem co
 tur æst
 monast
 cum su
 Ex qui
 vera pe
 infra ex
 pensis h
 quæ in
 cendis;
 conclus
 ciamus
 sunt, le
 Qu
 quas P
 persolv
 decima
 merabu
 tem pri
 rata rec
 etiam f
 Prælat
 tatione
 ta, ren
 solviss
 procur
 nem, q

merabunt, & de illis (sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hæc per illos, qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos quæ prædiximus, servabuntur; Nec deducuntur † ex- 57 pensæ, quæ pro monachis (qui in talibus prioratibus, grangiis, seu domibus in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent) fieri dignoscuntur. Expensæ autem † illorum monachorum, vel per- 58 sonarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis, seu domibus ad justam firmam, seu pensionem concessis, sive determinatæ, sive non, æstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimationem monasterium, vel ecclesia, cujus illorum est proprietas, cum suis proventibus decimabit. Hæc omnia Bonif. Ex quibus illud, quod de pensione dicitur, si tamen de vera pensione ecclesiastica intelligere velimus, latius infra explicabitur *quæst. 3. concl. 2.* Quod vero de expensis habetur, diligenter adnotandum est propter illa, quæ *inf. quæst. 4. concl. ult.* dicemus de expensis deducendis; ubi quicquid in hac, & in superioribus ac seqq. conclus ad expensas faciens diximus, ne longum faciamus, nequaquam repetemus, sed ad ea, quæ hic dicta sunt, lectorem remittere sat erit.

QUINTA CONCLUSIO. De procurationibus, † 59 quas Prælati in victualibus percipiunt, decimam non persolvent, sed qui eis præstant hujusmodi victualia in decimatione suorum proventuum, & reddituum, numerabunt, & solvent decimam de iisdem. De illis autem procurationibus, quas Prælati in pecunia numerata recte percipiunt ab antiquo, & quas perciperent, etiam si non visitarent, decimam præstare tenentur. Prælati autem, qui procurationem, quam sine visitatione poterit de jure percipere in pecunia numerata, remittit, quia remittit quod sibi debetur, & de quo solvisset decimam, si illud recepisset, tenerur ex tali procuratione decimam exhibere, si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipere, for-

rasse remittit, persona ecclesiastica, cui remissio facta est, huiusmodi victualia cum aliis proventibus suis, cum decimam solvet, aestimabit, cum etiam si non essent remissa, hoc facere teneretur; sic habemus in d. extrav. Bonif. VIII. vers. Pral. de procuracionib. De his
 60 procuracionibus † fise tractant *tex. & Doct. 10. q. 2. & 3. per totum 23. q. ult. & si tributum cum seq. 11. q. 1. & tot. fere tit. de cens. ext. & in 6. inter mod. Petr. Surd. tractat. de aliment. tit. 1. q. 64. Pavin. Socin. Fusc. & alium suis tract. de visit. sub quest. & tit. de procuracionibus.*

61 SEXTA CONCLUSIO. De iis † quoq; quæ consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus solvetur decima deductis salariis moderatis, quæ ante concessionem decimæ consueverunt solvi iudicibus, & officialibus similibusq; personis, sine quibus iurisdictione, & cetera similia nequeunt expediri, ita tamen, quod in fraudem decimæ, nihil contra hoc penitus attentetur, sed expensæ † officialium, iudicum, & huiusmodi personarum factæ in vestibus, sive victualibus minime deducuntur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa familiam Prælatorum; Ita quoq; habemus in d. extrav. vers. de iis quoq;.

63 SEPTIMA CONCLUSIO. De furnis, ac molendinis † decima præstabitur, ut *ibid. dicitur vers. item de*
 64 *furnis;* de fructibus † quoque arborum, & hortorum
 65 decima solvetur. De his † autem, quæ consumuntur usu, vel esu animalium, si sint ecclesiarum, solvetur decima, deductis expensis necessariis, quæ sunt pro custodia; si vero sunt personarum, decima non solvetur; ita demum habetur in *sapius memor. extrav. unic. de decim. vers. de fructibus arbor.*

66 OCTAVA CONCLUSIO. Beneficia quoq; unita, subjacent huic decimæ, licet principaliter † uniantur, & retineant nomen, & statum proprium. Ratio clara est, quia cum retineant statum suum, sicut ante subjecta erant, ita nunc; & probatur ex eo, quod tradit Card. post alios *d. clem. fin. de decim.* dum vult quilibet beneficia comprehendendi nomine beneficiorum,
 de

de quo d. clem. in primis verbis. Imo idem erit, si ex duobus unitis unum fiat; utrumque enim suam naturam servat, juraque & privilegia sibi invicem communicant, ut patet ex iur. inf. citan. & not. Abb. c. 2. num. 4. de relig. dom. & alii passim; quare prout antea solvebatur de iis decima, vel non, ita quoque nunc fiet. Idem quoque erit, si beneficium aliquod, quod alias immune esset à decima, alteri unitum sit accessorie, dummodo illud beneficium, cui unitur, decimæ subjaceat; tunc enim de iis quoque redditibus solvenda erit decima, & contra, cum eo casu ecclesia, quæ alteri accessorie unitur, & annectitur illius naturam, consuetudinem, & privilegium assumat, propriaque cura amittat; siquidem ei, cui unitur ecclesiæ, tanquam filia matri esse perhibetur; quæ omnia colliguntur ex text. & Doct. in c. postquã, & c. & temporis, 16. q. 1. c. sicut unire, de excess. pral. c. quod translationem, de off. Leg. Abb. c. 1. ne sed vac. & d. c. 2. num. 4. & Petr. de Perus. in tractat. de union. c. 1. Et generaliter, quod de omnibus beneficiis unitis, seu membris principalis beneficii solvenda sit decima Papalis, consuluit Oldr. cons. 253. nu. 1. Bal. cons. 205. num. 4. volum. 3. Rebus. cons. 125. n. 7. & late tradit Remig. de Gon. in tract. de charit. subsid. q. 26. n. 1. Quod idem puto † locum habere, quamvis bona, & 67 fundi beneficiales siti sint diversis in locis, & decima imponatur in aliqua diocesi, ubi situm est beneficium & ecclesia, non autem bona illius; attenditur enim locus beneficii, cum hujusmodi decima † sit onus reale 68 ecclesiarum, non autem prædiorum, & imposta sit non ipsis rebus, sed ecclesiis, vel personis ecclesiasticis pro ipsis rebus; unde solvenda est decima, etiam pro bonis sitis extra illud territorium; Ita per hanc rationem tradunt in terminis Doct. communiter in cap. 1. de immunit. in 6. maxime vero Jo. An. Gemin. & Franc. quos ego vidi, eosque sequitur Bellenz. de charit. subsid. q. 434. Remig. de Gon. eo. tract. q. 25. & 26. ubi id late examinant; quamvis cōtrarium tueri videatur Feder. de sen. cons. 151. in 2. respons.

NONA CONCLUSIO. Decimæ solvuntur de
 mensa grossa canonicorum. Quod enim de canonicis
 69 tibus † solvatur supra admonuimus *hæc ad. quæst. con-*
clus. 2. & colligitur ex alleg. extrav. un. vers. sed ecclesia-
stica persona, dum comprehendit quodlibet beneficiū,
 quod residentiam personalem requirit; clarum au-
 70 tem est, Canonicos † teneri ad residendum, *ut tot. fe-*
re tit. & clarius in c. penult. de cler. non resid. & c. un. co-
 71 *dem tit. in 6.* Quamvis igitur † mensa hæc, ut pluri-
 mum, tam à præbendis quam à distributionibus quo-
 tidianis distinguatur, *ut patet ex Paris. cons. 32. volum.*
4. Calder. cons. 2. 1. sub tit. de præbend. Rebuf. in concord.
rubr. de collat. §. 1. verbo, distributionem, Abb. in c. licet,
de præben. Fel. in c. Iacobus de Simon. Doct. fere omnib. in
 72 *d. c. unic. tamen ex iisdem fere Doct. ibid. videre est ali-*
 quando † eam succedere loco præbendarum, *ut liquet*
inter alios ex Abb. d. c. licet; aliquando de ipsa mensa
 73 grossa † solvuntur distributiones quotidianæ, *ut in-*
ter ceteros tradit Gemin. d. c. unic. in fi. Ubi ergo mensa
 hæc, seu massa subrogetur, & succedat loco præbenda-
 rum, quoniam non adsint præbendæ distinctæ, tunc,
 quamvis decima absolute imponatur super beneficiis,
 74 puto † de ea decimam solvendam esse, cum subroga-
 75 tum sapiat † naturam ejus, in cuius locum subrogatur,
Leum qui, §. qui injuriarum. ff. si quis caut. cum aliis
vulg. sed ubi etiam ea in distributiones quotidianas
 destinetur, ac distribuatur, tunc saltem cum decima
 super proventibus ecclesiasticis, seu ecclesiasticarum
 76 personarum imponitur, de illa mensa † solvenda erit
 decima; eo enim casu de ipsis quoque distributionibus
 quotidianis præstatur, *ut mox dicam.*

DECIMA CONCLUSIO. Ubi decima Papalis im-
 ponatur super beneficiis, & omnibus proventibus ec-
 77 clesiasticis, tunc † de distributionibus quoque quoti-
 dianis solvenda est: *tex. ad literam in jam millies cit. ex-*
trav. un. versic. & quia non occurrit, de decim. ubi Bo-
nif. ponit hæc verba: Et quia non occurrit nobis, quia
quotidiana distributiones proventus ecclesiastici sint, de
 distri-

distributionibus, qua dantur in horis canonicis presentibus debere solvi decimam declaramus. Unde per eam extray. nonnulli absolute dixerunt de quotidianis distributionibus solvendam esse decimam, ut gloss. 1. Imol. numero 6. & alii, d. clem. fin. de decim. qui tamen intelligendi sunt in casu extray. cum nimirum decima imponitur super proventibus ob eam rationem, quia nomen proventus † valde generale est, & com- 78
 prehendit omnem redditum undecunque nobis obvenientem, ut patet ex text. in l. annonam, ibi, uberes proventus, ff. de extraord. crim. Boer. decis. 224. Alciat. l. frugem, primis verbis, ff. de verb. signif. & ibi latius. Rebus. versic. proventus vero, & in concord. rubr. de collat. §. volumus, in gloss. redditus cum seq. Quod idem putarem dicendum, † si decima imponeretur super reddi- 79
 tibus, aut obventionibus ecclesiasticis; nam & nomen redditus, & obventionis † satis generale est, ut patet, 80
 ex Alciat. loc. citat. Rebus. d. gloss. redditus, & l. frugem, vers. in super de verbo redditus, & versicul. obventiones, Boer. ubi supr. Zenzel. in extray. Io. 22. incipit, suscepti, verb. fructus, & obventiones, de elect. & alius, quos refert, & sequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. nu. 1. Ubi autem decima imponatur dumtaxat super beneficiis, vel eorum fructibus, tunc puto † non esse eam 81
 de distributionibus solvendam; sic intelligendi sunt, quotquot indistincte asserunt de iis non esse solvendam decimam, quod voluit gloss. Zenz. d. extrayag. suscepti, verb. solvere, in fin. tradideruntq; Gemin. conf. 85. num. 81. Marc. Mant. conf. 1. Tiber. Decian. conf. 43. num. 15. post Gemin. conf. 153. Flam. Paris. tract. de resign. benef. lib. 6. q. 2. nu. 51. Mandol. tract. de sign. grat. tit. de pension. colum. 8. versic. pensiones Rebus. d. tractat. de decim. q. 3. n. 8. dicens, ita fuisse per Papam declaratum. Gig. vero conf. 144. num. 33. multas refert se vidisse literas Apostolicas mandantes, quod de distributionibus quotidianis decima per Papam imposta, non solveretur, ex quibus quinque recenset sub diversis datis; & subdit saepius se ita practicasse, & obtinuisse. Bel-
 len.

len. demum *in tract. de charit. subsid. q. 76.* dicit, quod nisi essent declarationes ille Bonif. VIII. contrarium diceret, quod nimirum de distributionibus quotidianis decima non præsteret. Idque ex eo maxime probatur,

82 quod distributiones quotidianæ † neque nomine beneficii veniunt, ut post *Gemin. d. cons. 87. n. 20. Rip. respons. 2. lib. 1. & Franc. d. c. unic. § statuimus, not. 1. tradit*

83 *Gig. d. cons. 144. n. 17. & 18.* neque etiam † nomine fructuum beneficii, neque in valore illius computantur, *Rot. decis. 33. de senten. & re jud. in antiq. decis. 8. de prebend. in no. & 29 eod. tit. in antiq. decis. 33. n. 2. 1. par. & decis. 170. n. 1. lib. 3. par. in noviss. divers. Boer. decis. 19. n. 4. Fel. c. ad aures, n. 14. de rescript. 10. An. rubr. de concess. prebend. & in addit. ad Specul. Gemin. Franc. & alii, d. c. unic. Oldr. consil. 118. & alii quos referunt, & sequuntur Bellenz. d. q. 76. Paris. d. q. 2. nu. 30 & Gig. d. consil. 144. num. 10. & alii passim.* Idem quoque erit ob eandem fere rationem † in anniversariis, seu mortuariis, seu obventionibus ratione sepulturæ, ut in specie tradit *Bellenz. d. q. 76.* hæc enim quoque non computantur

84 † in redditibus, seu valore beneficii, ut not. *Rot. d. decis. 8. de prebend. in no. & Bellenz. ubi sup. post 10. An. d. rub. de concess. prebend. vers. demum quarebatur, & Oldr. consil. 206. incip. An obventus.* Imo neque veniunt nomine reddituum, fructuum, jurium, proventuum, emolumentorum canonicatum; neque etiam nomine distributionum quotidianarum, ut post alios tradit *Navar. consil. 13. sub tit. de cleric. non resid. volum. 1.* De his ergo decima Papalis non solvetur seclusa Bonifacii declaratione, quæ in speciali casu loquitur, quo imposta fuerat decima super omnibus proventibus ecclesiasticis, quod & *supr. attigimus, conclus. 2. in fin.* Quid autem proprie veniat nomine distributionum quotidianarum præter *Doctor. d. c. unic.* videndus est *tex. in extrav. postulasti, & extrav. cum nonnulla, la. 1. de preben. in commun.*

QUÆRO TERTIO, *An aliqui sint immunes à solutione harum decimarum, & quinam illi sint?*

PRI-

P R
xit bon
ei grati
ad solu
rium sp
trav. ut
supra re
ter ceter
lenz. d. 1
Neap. 1.
SECU
ratam p
in conti
tit. de co
est com
plerunt
cathedr.
cons. 12.
37. Cae
quæst. 5.
Affl. dec
& seqq.
161. nu
rium reg
ad solut
ficii, sup
cial. d. q.
1. d. clem
travaga
quod si v
rum in b
cam, sic
personas
loco ver
telligi p
gularite
a solo P
d. vers. si